Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Predigten und Predigtentwürfe aus Ettenheim - Cod. Ettenheim-Münster 209

[S.l.], 1654-1656

Festum omnium sanctorum

urn:nbn:de:bsz:31-118788

Visual Library

mo 1. Novembris 1654.

Fes.tum Omnium Sanctorum etc.

Thema.

Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in saecula saeculorum laudabunt te. ps. 83.

Rex psaltes David, in principio huius psalmi exclamat dicens: quam dilecta Tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, et deficit anima mea. Ad hoc S. Joan. Evang. 14. c. in domo patris mei, mansiones multae sunt etc. S. Lucas ait: Facite vobis amicos etc. ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna Tabernacula etc. quare, et quomodo nos oporteat diligere et affectare ista omnium Beatorum coelestia Tabernacula paucis insinuando dicam, attente sequimini.

1mo, oportet nos appetere coelestes mansiones, et aeterna Tabernacula propter loci conditionem quia in alto et excelso sita et collocata, quae sunt salubriora propter aëris puritatem, quam in valle. 2do, propter libertatis statum, quia nullum mancipium nullus servus ibi est, sed omnes sunt liberi; unde S. Paulus ait, illa, quae sursum est Jerusalem libera est, quae est mater nostra, en libertatem status.

Gal. 4.

3tio, propter incolarum habitantium conditionem quia nullus ibi est tristis, sed omnes laeti et hilares, ut

ut David ait; sicut lætantium omnium habitatio est in te.
ps. 16. 4to, Est pr desideriorum omnium adimpletionem, David enim
ait, Satiabor cum apparuerit gloria tua. S. Augu-
stinus, Fecisti nos Deus ad te, inquietum est cor
nostrum, donec veniat ad te. Ad te Domine, levavi.
Esa. 5to, Est pr perpetuam pacem, quia ibi regnat in æternum
9. pacis enim non erit finis. Data est potestas in omnes per
21. circuitum nationes, id est, ad omnes status in cælo.
6to, Est pr securitatem, Eum, qui venerit ad me, non
Joan. 6. eijciam foras; Gaudium vestrum nemo tollet a vobis.
Apoc. 7mo, Est pr continuam sanitatem; mors ultra non
21. erit, neque ullus dolor, quia priora transierunt.
ps. 111. 8vo, Est pr omnium bonorum abundantiam; Gloria, et
divitiæ, in domo eius, et iustitia eius manet in sæculum.
9no, Est pr pulchritudinem, omnis gloria eius filiæ
ps. 44. Regis ab intus. Sicut cælum stellatum pulchritudine,
qualis domus externa, talis indicat et interna.
Esa. 10mo, Est pr visionem, Esaia ait, Electi Regem
33. in decore suo videbunt. Ex hoc sunt cæle-
stium mansionum tabernacula a nobis devote
quærenda, et diligenda. Ergo, o Domine Jesu, mul-
tiplicatis intercessionibus, in cælestibus tabernacu-
lis, trahe et me ad te, et post te. Sicut cer-
vus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima
mea ad te Deus. Cupio dissolvi, et esse cum Christo.
Nunc dimittis servum tuum Domine.

Charissimi, Reges et principes huius saeculi solent
copiosae multitudinis hominum preces exaudire etc.
quanto magis Rex Regum, exaudiet preces Sanctorum,
1. Reg. 14. quas fundunt pro devotis famulis etc. Saul exaudi-
vit preces populi petentis liberationem filij sui Jona-
thae a morte; volebat n. pater hunc mori, eo, quod
contra edictum suum, ante solis occasum, gustasset modicum
de favo mellis etc. Ergo hodie oremus, adiuvent nos
eorum merita, quos propria impediunt scelera, et
excuset intercessio, quos accusat actio etc. Omnipotens
sempiterne Deus, qui nos omnium SS. merita, sub una tri-
buisti celebritate venerari, concede, ut desidera-
tam nobis tuae propitiationis abundantiam, multiplica-
tis intercessoribus largiaris etc. Haec est gloria omnibus
Ps. 149. sanctis eius etc. Haec est vita aeterna, ut cognoscant
te solum verum Deum, et quem misisti, Jesum Christum.

NB. Ao. 1622. mulier quaedam Indiaca hanc habebat
consuetudinem, quod singulis diebus, hundert, vnd
zwaintzig tausent mahl, ethnica devotione
idolum Amidae nominandi, ita, Namu Ami-
nobud etc. Conversa vero ad fidem Catholicam
invocatione omnium Sanctorum, et loco invocationis
illorum verborum, toties nominare solebat, summa
cum dulcedine, Nomen Jesus, Maria, Sanctorum
Angelorum et Beatorum, et hoc modo, multos Ethni-
cos et Gentiles ad fidem convertit, ipsa pie
in Dno obiit.

S. Basilius, ubi et igne noctu emicat
splendor; et unguento diffunditur odor, sic
utilitas magna, et S. orum invocatione
Exemplum, quod recenset Thomas Cantipratensis
l. 2. c. 53. de pia et casta illa, in territo-
rio Brüsselensi, in Brabantia, cum ceteris
temporibus inserviret [illegible] infirma moritur
et 24. horis mortua permansit clamans et
convocans omnes loquens est: o charissimi mei colonien-
sem Virginum turmam, quam semper colui, et
ipsorum intercessione a poenis purgatorii liberata
et ad vitam resuscitata, ut nos ad venerandos omnes
Sanctos et Sanctas incitem, eosque invocant, [illegible]
[illegible] [illegible] dictis, pie obiit, et sepulta fuit.

S. Franciscus, et S. Clara, in Regno Catalo-
niae, cuidam pio Viro, nomine Joannes, non procul
a Civitate Gerunda, incidenti in duos
latrones, qui gravissime vulneratum [illegible] qui
tot[illegible] cum Samaritano derelictus, neminem habuit, ad
solos suos patronos Franciscum et Claram, ad quos
sese convertit, opem efflagitans contra [illegible] S. Fran-
ciscus in habitu suo [illegible] ad eum missus a Deo
descendit dicens: confide, o fili mi, vulnera tua
sanabo, eo quod me in terris honoraveris, oleum [illegible]
[illegible] adhibens, curavit et sanavit. Ergo,
[illegible] hoc, cum [illegible], quaerere te ad aliquem Sanctorum